Nos Johannes dei gratia Rex Aragonum Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice Comesque Barchinone Rossilionis et Ceritanie. Ob gratum subsidium sive passagio quod in brevi divina nobis favente clementia
facere intendimus ad regnum Sardinie per vos fideles nostros iuratos et probos homines et singulares personas ville de Biar regni Valencie ac universitatem ville eiusdem nobis oblatum debite consideracionis res-
pectu habentes ac volentes propterea erga vos gratiosos reddere et benignos tam horum intuitu quam quorundam familiarium et domesticorum nostrorum supplicacionum respectu. Tenore presentis absol-
vimus, diffinimus, remittimus et relaxamus ac etiam perdonamus vobis dictis universitati ac probis hominibus et singularibus personis ville predicte et cuilibet earum cuiuscumque sexus, status vel condicionis existatis
omnes et singulas acciones, questiones, peticiones et demandas etiam calonias omnesque penas civiles et criminales, pecuniarias ac quascumque alias quas nos vel quivis officiales possemus aut
possent unquam vel possint contra vos aut aliquem vestrum aut bona vestra seu vestrum alicuius coniunctim vel divisim facere, proponere, infligere seu movere aut quomodolibet intemptare in iudicio
vel extra iudicium occasione — quorumvis criminum et excessuum et delictorum — quantumcumque — gravium — quod per vos vel aliquem vestrum asserantur
fuisse commissa seu de quibus vos in presenti dicimus delati fueritis seu quomodolibet inculpati, ita quod sive in eis vel eorum aliquo vos vel aliquis vestrum culpabiles fueritis sive non et sive
dictas penas corporales vel pecuniarias incurreritis aut in eas incideritis sive non, de cetero non possitis simul vel divisim propterea capi, teneri, detineri, arrestari, impeti, requiri vel
demandari, conveniri seu aliqualiter molestari aut in causam trahi nec in personis vel bonis quomodolibet aggravari, quinimmo vos iurati et probi homines ac singulares persone et uni-
versitas antedicti sitis cum omnibus bonis vestris et eorum a predictis omnibus et quolibet ipsorum omnino quiti, liberi et immunes ac penitus absoluti, salvis tamen et illesis super iamdictis facta
tibus quibusvis querelantibus [illegible] fisco sive aut officialibus nostris civili dumtaxat iusticie complementum. Ab huiusmodi vero remissione et relaxacione excludimus et
excipimus quoscumque proditores, baratores, hereticos, sodomitas, falsificatores instrumentorum, fabricatores false monete, fractores itinerum seu viarum ac armatarum regiarum,
quoslibet fugitivos et etiam eos qui delinquendo avolone concitacionibus popularibus et seu depredacionibus contra aliamas nostri dominii [illegible] lapso dampnabiliter fecis-
se fuerint aut in eis opera vel consensum dederint et qui crimine lese magestatis quomodolibet commiserunt. Mandantes per eandem expresse et ex certa sciencia Gubernatori dicti regni
Valencie ac iusticie et baiulo dicte ville ceterisque locatenentibus ceterisque officialibus nostris presentibus et futuris ad quos spectet vel spectare possit quod remissionem nostram huiusmodi
et omnia alia et singula supradicta vobis dictis universitati et probis hominibus et singularibus personis eiusdem ville teneant firmiter et observent ac teneri et observari faciant
inconcusse et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua racione. In cuius rei testimonium hanc fieri et sigillo nostro pendenti iussimus communiri.
Datum in loco Podii Valencie octavadecima die Januarii anno a nativitate domini Millesimo trecentesimo nonagesimo tercio regnique nostri septimo. P. [illegible]

EXCMA. DIPUTACIÓN PROVINCIAL
ALICANTE

17

[illegible]
[illegible]

23

51



Excma. Diputación Provincial
Alicante

fuisse commissa seu de quibus vestri in presenti dictum ...
dictas penas corporales vel pecuniarias incurrerit ...
demandari conveniri seu aliqualiter molestari ...
necxitas antedicti fuis cum omnibus bonis vestris ...
tibus quibuscumque querelantibus preterquam fisco meo ...
excepimus quoscumque proditores baiuatores ...
quoslibet fugitivos et etiam eos qui delinquendo ...
pertifrerunt aut meis opera vel consensum de ...
Valencie ac iusticiae et baiulo dicte ville ...
et omnia alia et singula supradicta vobis dicti ...
incurrisse et non contravenitur nec aliqui ...
Datum in loco Podii Valencie sextadecima ...

i grax xiiii

Dominus Rex mandavit mihi
P. de Ponte
Thesaurarius domini Regis cam.
Laurentius de visa
...

Excma. Diputación Provincial
Alicante



Excma. Diputacion Provincial
Alicante